



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

XXII. Schöppen und Rathsherrn zu Pritzwalck beurkunden eine von Otto von Puelvic in Ansehung des Ruthenzinses vorgenommene Schenkung, im Jahre 1303.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

**XXI.** Bischof Johann von Havelberg beurkundet, seinen zu Magdeburg gelegenen Hof an den Abt und das Kloster Riddagshausen verkauft zu haben, im Jahre 1301.

Nos Joannes, Dei gratia Havelbergensis ecclesie Episcopus, recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod nos curiam nostram, quam in Magdeburg habuimus et aliquandiu possedimus prope et infra muros Magdeburgenses ex opposito fratrum Predicatorum et in (qua) siquidem curia Capella sancti Egidii sita est, quam etiam curiam de propria nostra comparavimus pecunia, religiosi viri domino Ottoni Abbati, totique conventui in Riddershusen, Cisterciensis ordinis, Halberstadenensis dioecesis, cum omni jure, quod nos in eadem curia habuimus, pro octuaginta marcis Stendaliensis argenti vendidimus et tradidimus; renunciantes exceptioni pedicte precunie nobis non solute et non tradite, sed recognoscentes, quod jam dicta pecunia tanquam pretium pretacte curie nobis integraliter sit persoluta. Renunciantes etiam omni actioni ac omni impetitioni, que nobis ac cuicumque successori nostro ad curiam posset competere predictam. In ejus evidentiam rei presens scriptum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Testes sunt venerabilis in Christo pater et dominus Vulradus Brandenburgensis ecclesie Episcopus, honorabiles viri et domini Bernardus prepositus, Godefridus Decanus ecclesie Magdeburgensis, Gevehardus de Lindowe, Canonici pretacte Magdeburgensis ecclesie, Henricus de Hornhusen, Fefeko, de Calue laici et quam plures alii fide digni. Actum et datum Magdeburg, Anno domini MCCC<sup>o</sup>. primo, in inventione sancte crucis.

Nach Lenz, Magdeburgisch. Stiftshistorie Anh. S. 514.

**XXII.** Schöppen und Rathsherrn zu Prizwalch beurkunden eine von Otto von Puelvic in Ansehung des Ruthenzinses vorgenommene Schenkung, im Jahre 1303.

Nos scabini et Consules prifwalch notum esse volumus tam presentibus quam futuris et protestamur, quod Magister Otto de puelvic de censu arearum, quem habebat in prifwalch, dedit domui sancti spiritus ibidem Duo talenta, Ita ut quinque solidis in Natiuitate Christi et quinque in pascha et quinque in pentecoste, In festis vero quatuor beate virginis singulis quatuor solidis, In festo omnium sanctorum Tribus solidis, Martini tribus, Nicolai tribus, Infirmi predictae domus ac debiles cibis et potibus recreentur. Residuum vero quidquid fuerit de hiis duobus Talentis et vno Talento, quod percipiet Ecclesia in brunne de predicto censu Arearum, ante Ciuitatem prifwalch pauperibus et infectis Domus dabitur leproforum. Hee autem ne robore careant, appensu sigilli nostri et munimine approbamus. Datum prifwalch, anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. in Dominica qua cantatur Exurge.

Nach dem Original des Prizwalcher Rathsarchives. Bei Beckmann, Th. V., Bd. II., Kap. III., Sp. 119 mit einer den Sinn entstellenden Ausfassung und mehreren Fehlern abgedruckt.

**XXIII.** Papst Bonifaz befreiet die Stadt Perleberg von der Belegung mit dem Interdict wegen unverschuldeten Aufenthalts Excommunicirter innerhalb ihres Gebiets, im Jahre 1303.

Bonifacius, Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam Rei memoriam. Honesta et humilia supplicum vota, illa praesertim, que divini cultus augmentum et animarum salutem concer-